

# ANNOTATIO

## ADDENDA AD MINORES PROPHETAS.

No nulli noviti et rudiiores theologi non capientes titulum Epistola Dedicatoria, quam Prophetis Minoribus prefici: *Sanctissima Trinitas increata, et creata in Christo Jesu trinum Propheticum jubilum et votum;* sed admirantes (ignorare enim facit admirari, ait Aristoteles) a me flagitiantur, ut ilium concise obscurum fuisse enucleem et explicem. Id ergo in eorum gratiam nunc facere agredior, quia cum S. Paulo, insipientibus, aequae ac sapientibus debitor sum.

Claram est ex ipsis terminis et vocibus hic liberum dedicari non um, sed duplice Trinitati; priori increata, posteriori creata. Nec enim una eademque Trinitas potest esse increata, simul et creata, sicut idem non potest esse Creator et creature: hoc enim implicat et contradictionem involvit.

Trinitas ergo increata est Deus in essentia unus, sed in personis trinus, scilicet Deus Pater, Filius et Spiritus Sanctus, quae sunt tres personae divinae reales, et realiter a se mutuo distinctae, quae eamdem numero habent essentialiam et divinitatem, ideoque per omnia omnipotentes sunt immensae et aequales, eademque latra adoranda. Quocirca Seraphini, tum angelici, tum humani, puta Prophetae omnes, ter quarternis vocibus trisagium: « Sanctus sanctus sanctus, Dominus Deus Sabaoth, » jugiter illis accenunt, uti in Dedicatoria mox subiicit. Hoc angustissimum et ineffabile Trinitatis mysterium, in S. Scriptura diserte expressum, contra Sabellium, Arrianum et Macedonium omni avo constanter docuit et propugnavit Ecclesia. Idem in Concilio Eusebiano multis multoties est definitum, intentato arrianis et sabellianis illud negantibus anathematice. Idem tradiderunt Apostoli in Symbolo, atque Patres Syri, Graeci, Latini, qualibet avo, ut S. Justinus, S. Ephrem, S. Epiphanius, S. Athanasius, S. Damascenus, S. Basilus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Chrysostomus, S. Augustinus, S. Hieronymus, S. Ambrosius, S. Gregorius, ceterique orthodoxi ad unum omnes, ut pluribus locis demonstravii, sed praecepui in Dedicatoria Prophetarum Majorum, ubi magna et mira, sed minora longe quam meretur, S. Trinitatis dedi elegia; et in Isaia cap. vi, 3, ad illa: « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth; » ac Rom. xi, 33, ad illa: « O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! etc. Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sancta, Amen; » et Hebr. xiii: « Qui (Filius) cum sit splendor gloria, et figura substantiae ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ; » et alibi sapius: passim enim insector arianos et chionaeos, velut haereticos juratos S. Trinitatis, et Christi Paulique hostes, ac blasphemos atheos.

Trinitas creata in Christo est Christi sanctissima anima, caro et sanguis: hoc enim tria creata sunt, ac a Deo creatore Christi humanitati velut partes substanciales in incarnatione inditæ, cum « Verbum caro factum est, » Alludo enim ad Illud I. Joann.: « Quoniam tres sunt qui testimonium dant (quod « Jesus est Filius Dei, ») ut dixi vers. 5 in clo: Pater, Verbum et Spiritus Sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, et aqua et sanguis: et hi tres unum sunt. » Spiritus enim est sanctissima Christi anima; aqua est illa quam Christus et carne lateris sui cum sanguine mortis emisit. Ibi enim S. Joannes Trinitatem incretanum assignat, Patrem, Verbum sive Filium, et Spiritum Sanctum: creatum vero, spiritum, aquam et sanguinem, quarum utraque testatur Christum esse Dei Filium et mundi salvatorem, ut ibidem fuse exposui. Simili modo Prophetæ omnes prophetant et docent Trinitatem utramque, puta mysterium S. Trinitatis et incarnationis Verbi, ut utrique prophetias suas ipsi dicasse videantur, ideoque utriusque ego illas dedicavi. Idque representat imago S. Trinitatis in sine gestante Christum crucifixum, cui singuli Prophetæ circumcircera sua oracula deponunt, quam Epistole Dedicatoria praefici. Dedicatoria enim ad imaginem respicit, illamque explicat.

Porro Trinitatis nomen licet absolute positum ex usu fidelium soli increatae competit, si tamen addatur ad creatam, non nisi rei in tempore creatæ, qualis est Christi humanitas, convenire potest, atque hoc modo nomen Trinitatis usurpat Patres, cum dicunt in anima humana esse imaginem S. Trinitatis, immo trinitatem participatam: quia in anima sunt tres potentie, scilicet memoria, intellectus et voluntas (imo haec tria ipsis idem sunt cum anima, si Philosophi non nullis credimus), sicut in essentia divina sunt tres personæ divinae, scilicet Pater, Filius et Spiritus Sanctus. « Eo enim ipso, ait S. Augustinus, lib. XIV *De Trinit.* cap. viii, imago Dei est mens, quo capax ejus est, ejusque participes esse potest. Jam ergo in ea Trinitatem, que Deus est, inquiramus. Ecce enim mens meminit sui, intelligit se, diligit se: hoc si cernimus, cernimus trinitatem, nondum quidem Deum, sed imaginem Dei. Hoc enim quædam apparet trinitas, memorie, intelligentie et amoris. Et S. Isidorus, lib. VII *Etymol.* cap. iv: « Trinitas appellatur, ait, quos fiat totum unum ex quibusdam tribus, quasi trinitas, ut memoria, intelligentia et voluntas, in quibus mens habet in se quædam imaginem divinae Trinitatis: nam dum tria sint, unum sunt. » Et S. Bonaventura in 1, dist. xxiv: « Trinitas dicitur, inquit, quasi *ter unitas, vel trium unitas.* » Hinc et S. Bernardus, serm. 41 in *Cant.*, de eadem agens: « O beata, ait, et beatificans Trinitas, ad te mea misera trinitas miserabiliter suspirat, quoniam a te infeliciter exsultat. Discendens a te quantis se intricavit erroribus, doloribus, timoribus! Heu me, qualem pro te commutatam trinitatem! Cor meum conturbatum est, et inde dolor: dereliquit me virtus mea, et, inde pavor: et lumen oculorum meorum non est mecum, et inde error. Et quam dissimilem trinitatem, o anima meæ trinitas exsulans, ostendisti. » Simili phrasi Plinius, lib. II, cap. xxx, ait in parelo visos esse sapientius trinus soles, et trinas lunas. Quid enim est trinus sol et trina luna, nisi trinitas solis et lunæ? Si latine licet dicere trinas esse animæ potentias, et trinas esse Christi incarnatae partes, cur pariter non licet dicere animam habere trinitatem trinæ potentiarum, et Christum trium partium.

Denique, si quis nō et *creata in Christo Jesu*, ita accipiat et deforceat, ut velit in Christo Jesu nihil esse nisi creatum; hic hereticus est, arianus et chionita, hoc est judæus vel judaizans. Christianæ enim fides docet in Christo unam esse personam divinam, sed duas naturas, nimur divinam, quam Christus ab alterno a Patre accepit, juxta quam verus est Deus Patri *ipsiones*; et consubstantial, ideoque in Trinitate increata secundus et medius; et humanam, qua in tempore creata est, cum ipse qua homo, conceptus est de Spiritu Sancto, et natu ex Maria Virgine. Primus id negavit impius Ebion, primus post Simonem Magum heresiarcha anno Christi 74. Hic enim sacrilegus judaizans, cum Cerintho negavit Christum esse Deum, eumque merum hominem esse asseruit, quia Moysen prætulit Christo, ac legem Evangelio; ideoque S. Paulum Evangelii præconem legis apostolatum nuncupabat. Unde illi coœvus S. Ignatius, epist. ad Philadelphenses: « Si quis, inquit, dicat unum esse Deum, et confiteatur Christum Jesum, sed eum nondum esse hominem putet, non autem Deum unigenitum, sapientiam et Verbum Dei, sed solum anima et corpore constare ceaset; hujusmodi serpens est fraudem et errorem prædicans in existuum hominum; et est ejusmodi inops sensu cognomento Ebion. » Et S. Epiphanius, *haeres.* 30, quæ est Ebionis: « Quemadmodum, inquit, si quis copulasset sibi ornamentiū ex diversis lapillis pretiosis, et vestem variegatam, et splendide se ornasset: sic hic (Ebion) vicia versa quidquid horrendum est et perniciose et abominabile, informeque et incredibile, et odio plenum, id a singulis sectis accepit, et seipsum in omnes efformavit: Samariarum enim habet abominationem, Judæorum nomen, Osseorum vero et Nazariorum opinionem, Cherinthianorum formam, Carpocratianorum improbitatem, et Christianorum vulnus habere appellationem. » Et Eusebius, lib. III *Hist.* cap. xvii: « Sed et alios, inquit, idem dæmon alia arte decepit, id est Ebionæs, qui interpretantur *pauperes* (Ebion enim hebreo יְהוּנָס idem est quod pauper): Ebion enim revera fuit mentis inops et pauper, non tam ære et censu, licet id ipse jactaret, quam fide et sensu: vere enim pauperes sunt et egeni in scientia glorie Christi, quoniam quidem eum solum hominem putant, communī etiam nativitate ex viro et femina procreatum. » Quocirca eum ut haeresiam et atheum acriter impugnat S. Ireneus, Tertullianus, S. Epiphanius, S. Augustinus, Theodoretus. Philastrius, Cardinalis Bellarminus, Hosius, Gregorius de Valentia, Stapletonus,

Alfonso a Castro, ac ceteri doctores orthodoxi prisoi et moderni, qui contra haereses scripserunt; ut mirum sit hoc seculo nonnullis in locis infamem et sceleratum Ebionem, toties damnatum, rursum ex orco esse revocatum, et monstrorum eius haeresim jam diu sepultam, rursus in lucem prodiisse opera Judaeorum et judaizantium cum insigni probro Christiani nominis, aequo ac magno fidelium damno. Hoc ergo est opus, hic astus Satanae, qui transfigurat se in angelum lucis, ut per Judaeos Christum et Christianos supplantet, ac homines quasi pisces decipiat capiatisque, et secum trahat ad aeterna gehennae incendia. Quocirca S. Joannes Apostolus adeo detestatus est blasphemum Ebionem, ut, cum eas balneum adiisset, intellexissetque in eo lavari Ebionem, illico cum suis aufugerit, dicens: « Festinate, fratres, egradiamur hinc, ne cadat balneum, et pereamus cum Ebione, qui intus est in balneo, propter ipsius impietatem, » uti narrat S. Epiphanius. *haeresi* 30

## IN DUODECIM

# MINORES PROPHETAS

## COMMENTARIUS.

## PROOEMIUM.

Prolegomena hic pauclora premito: que enim Prophetis majoribus praefixi, eadem minoribus serviantur. Rem ergo aggredior: studeo enim brevitati, ut totam S. Scripturam octo vel novem tomis complector, quod viri sapientes postulant. Notat S. Augustinus, lib. *XVIII De Civit. cap. xix.*  
Et Prophetae et Ruffinus, Praefat. in *Oream*, duodecim Prophetas minores dico respectu quatuor majorum, putantes Ioseph, Jeremie, Ezechielis et Danielis, non co quod minus in sententiarum gravitate, et rerum verborumque majestate cedant; sed ob sermonis et librorum brevitatem. Potuissem et ipsi paria majoribus volumina scribere, si voluissent: per multos enim annos munere concionandi et prophetandi functi sunt, uti *Oreas* usque ad annum octavum nonagesimum strenuus hoc officio perfunditus est. Ex quo liquet eos multa vaticinando et concionando dixisse, que scriptis non tradiderunt; idque ex studio modestiae et humilitatis, ut minores essent et haberentur, nec majoribus sequerentur. Quo studio impulsus humilius S. Franciscus se et suos fratres Minores esse et nuncupari voluit. Unde cum cardinali Hostiensis, qui postea creatus Pontifex, Gregorius IX dictus est, ab eo quassisset utrum sibi placaret, ut fratres sui promoverentur ad Ecclesiasticas dignitates, respondit: « Domine, Minorum ideo vocati sunt fratres mei, ut majors fieri non presumant. Si vultis ut faciam fructum in Ecclesia Dei, tenete illos et conservate in statu vocationis eorum, et ad ecclesiasticas prelationes nullatenus ascendere permitatis. » Ita refert S. Bonaventura in *Vita S. Francisci*, cap. vi. Eodem studio et spiritu actu S. Paulinus Nola episcopus, vir nobilis genere, ingenio, virtute, sapientia et eloquentia, quam mire extollunt S. Hieronymus et Augustinus, rogatus ut scriberet in S. Scripturam, respondit se minus peritum esse, et indignum qui tam sublimes et divinos libros interpretaretur. Quare nunquam calamum huic operi admovevere voluit, sed alii minus sublimibus, epistolis et carminibus, que etiamnum existant, et viri doctrinam. aequo ac modestiam, re-

ligionem, mundique contemptum testantur. Ita habet ejus *Vita*. Addit S. Chrysostomus *ad. om. 9 in Matth.*: « Multa, inquit, ex Prophetis perierunt monumentis; desides enim cum essent Iudei, nec desides modo, sed et impii, alia quidem perdidérunt negligenter, alia vero tum incenderunt, tum conciderunt. Et de profanitate quidem taliter Jeremias refert, cap. *xxxvi*, 32: De negligentia vero, IV *Reg. xxii*, legitimus, quoniam post multum temporis vix Deuteronomii volumen sit repertum, defossum quadam in loco, ac pene delatum. »

Ilaque maluerunt hi nostri Prophetae, multis omissionibus, pauca tantum, nimurum precipua capita suorum oraculorum et concionum conscribere, que Iudeis dictorum a se et ab his auditorum memoriam jugiter refricerant, queque ipsi, aequo ac posteri, præsertim Christiani, ob prolixitatem non fastidirent, sed ob brevitatem avide legerent. Verbo enim paucis, scripto toti consultori posteritati: « Zacharias (et quilibet doctor) ait Tertullianus, lib. *De Idolol.* cap. *xiii*, loquitur in stylo, auditur in cera: manus omni sono clarior, litera omni ore vocalior. » In hac ergo Prophetarum brevitate magna et pregnans est rerum copia, magnus dicendi nervus, magnum pathos, densus et multiplex sensus. Audi S. Hieronymum *Proemio in Epist. ad Philemon.*: « Sed, ait, mihi videtur dum Epistolam simplicitatis arguunt, suam imperitiam prodere, non intelligentes quid in singulis sermonibus virtutis ac sapientie lateat. Si autem brevitas habetur contemptu, commentator Abdias, Nahum, Sophonias, et alii duodecim Prophetæ, in quibus tam mira, et tam grandia sunt que feruntur, ut nescias utrum brevitudinem sermonum in illis demirari debetas, an magnitudinem sensum. » Quocirca idem hic in *Proemio*, *Oream* vocal « commaticum », et quasi per sententias loquentem: « brevibus enim sententias quasi per commata intercessis, multas magnasque res patetice eloquunt; aimurum sapientis uti veniam uno mentis cernit in ictu, ita idem enuntiat,